

mus, quot modis Aristoteli quoque aliquid dictum fuerit prius.

Cæterum ex Aristotelis lectione juvari O-
ratoriam posse dicis: equidem id nunquam
facit Aristoteles, cum rectæ rationi consen-
tit, cujus dictamen eruditi repudiare non
possunt, etiamsi ad eos fontes non acceffe-
rint.

Doles Linguarum a Te neglectam notiti-
am, quæ pertineret ad profundiorē tracta-
tionem. Crede mihi, nemo est, qui juvenis
aliqua non prætermiserit, & quæ mallet didi-
cisse. Quod si tamen his impedimentis ani-
mum & memoriam distringere libuerit, an
eredis, Oratoriam, Logicam, Historiam adeo
feliciter successisse? Factus Philologus do-
leres ea neglecta, quæ faciunt ad illustranda
vel applicanda Philologorum inventa. **DE-**
US igitur est, qui studiorum cursum dirigit,
qui omnes omnia scire non vult, ut singuli
suam præstare possint utilitatem. Nostrum
nunc talentum dinumeratum est, cujus u-
suras si reddideris Ecclesiæ vel Reipubl. salu-
tares, quid Deus exiget amplius? Sed quor-
sum me abripiat familiarissima hæc, & nisi
scriptura Te fallit, festinatissima colloquen-
di libertas, nunc demum intelliges. Forſan e-
nim sciveris, tenebrionem quendam nomini
meo non nihil impingere voluisse. Jam justa
mea causa, quin & eruditi orbis consensus
me-